UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Ad Mecenatem

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

Digni remigium vicioſum. ita cenſis Vlixei:
Cui potior patria fuit interdicta voluptas
Si menermus vti cenſet ſine amore iociſq;
Nil eſt iucundum viuas in amore iociſq;
Viue. vale: ſi quid noviſti rectius iſtis
Candidus imparti ſi non: his vtere mecum

Argumentum epiſtole ſeptiē

Et vera et ad vitam degendam ſalutaria pcepta in hac epiſtola concludit Horatius. Primo enim demonſtrat licere nobis ſaluo iure Atq; honeſto non ſeruare pmiſſa que ſeruata et nobis nocerent et ei cui pmiſimus nulla in pte pdeſſent Preterea eſſe veri amici nō exigere ab amico id q aduerſus cōmodū ſuum ſit Poſtremo negat eſſe boni viri velle ſuis beneficijs alteri9 libertatē emere. turpeq; eē hoibus illā vllis munerib9 vendere lōgeq; pſtare in in pauptate degere citra oē vtrumq; aduerſus naturam ſuam laborioſa ſubire.

Ad Mecenatem

Quinq; dies tibi pollicitus me rure futurum
Sextilem totum mendax deſideror atqui
Si me viuere vis recteq; videre valentem
Quam mihi das egro: dabis egrotari timenti
Moecenas veniam dum ficus prima colorq;
Deſignatorem decorat lectoribus atris
Dum pueris omnis pater ⁊ matercula pallet,
Officioſaq; ſedulitas et opella forenſis
Adducit febres: ⁊ teſtamenta reſignat
Quod ſi bruma niues albanis illinet agris:
Ad mare deſcendet vates tuus: ⁊ ſibi parcet
Contractuſq; leget te dulcis amice reuiſet
Cum Zephiris, ſi concedas ⁊ hirundine prima
Non quo more piris veſci calaber iubet hoſpes:

Liber Primus

Tu me feciſti locupletem: veſcere ſodes
Jam ſatis eſt: at tu quantum vis tolle: benigne:
Non inuiſa feres pueris munuſcula paruis:
Tam teneor dono: quam ſi dimittat onuſtus
Ut libet hec porcis hodie comedenda relinques
Prodigus ⁊ ſtultus donat: que ſpernit ⁊ odit
Hec ſeges ingratos tulit: ⁊ feret omnibus annis
Uir bonus ⁊ ſapiens dignis ait eſſe paratum.
Nec tamen ignorat: quid diſtent aera lupinis
Dignum preſtabo me etiam pro laude merentis
Quod ſi me noles vſquam diſcedere: reddes
Forte latus. nigros anguſta fronte capillos
Reddes dulce loqui: reddes ridere decorum: ⁊
Inter vina fugam cinere merere proterue
Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam
Repſerat in cumeram frumenti: paſtaqꝫ rurſus
Ire foras pleno tendebat corpore fruſtra
Cui muſtela procul ſi vis: ait. effugere iſtinc
Macra cauum repetas arctum quem macra ſubiſti
Hac ego ſi compellor imagine cuncta reſigno
Nec ſummum plebis laudo ſatur altilium: nec
Ocia diuicijs arabum liberrima muto.
Sepe verecundum laudaſti rexqꝫ paterqꝫ
Audiſti coram. nec verbo parcius abſens
Inſpice ſi poſſum donata reponere letus
Haud male Telemachus proles patientis vliſſei
Non eſt aptus equis ithace locus: vt neqꝫ plenis
Porrectus ſpacijs nec multe prodigus herbe
Atride magis apta tibi tua dona relinquam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Paruum parua decent: mihi iam non regia roma
Sed vacuum tibur placet: aut imbelle tarentum
Strenuus ⁊ fortis cauſiſq; philippus agendis
Clarus: ab officijs octauam circiter horam
Dum redit: atq; foro nimium diſtare carinas
Jam grandis natu queritur conſpexit: vt aiunt
Abraſum quendam vacua tonſoris in vmbra
Cultello proprios purgantem leniter vngues
Demetri puer hic non leue iuſſa philippi
Accipiebat abi quere: ⁊ refer vnde domo: quis
Cuius fortunę: quo ſit patre: quoue patrono
It: redit: ⁊ narrat vulteium nomine menam
Preconem tenui cenſu: ſine crimine notum
Et properare loco ⁊ ceſſare ⁊ querere ⁊ vti
Gaudentem paruiſq; ſodalibus ⁊ larè certo
Et ludis ⁊ poſt deciſa negocia campo
Scitari libet ex ipſo quodcunq; refers dic
Ad coenam veniat: non ſane credere mena
Mirari ſecum tacitus: quid multa benigne
Reſpondet: negat ille mihi negat improbus ⁊ te
Negligit. aut horret Vulteium mane philippus
Vilia vendentem tunicato ſcruta popello
Occupat: ⁊ ſaluere iubet prior: ille philippo
Excuſare laborem: ⁊ mercenaria vincla
Quod non mane domum veniſſet: deniq; ꝙ non
Prouidiſſet eum: ſic ignouiſſe putato
Me tibi ſi coenas hodie mecum: vt libet: ergo
Poſt nonam venies: nunc in rem ſtrennuus auge
Vt ventum ad coenam eſt dicenda tacenda loquutus

Tandem dormitum dimittitur: hinc vbi ſepe
Occultum viſus decurrere piſcis ad hamum
Mane cliens etiam certus conuiua iubetur
Rura ſuburbana indictis comes ire latinis
Impoſitis mannis aruum coelumq; ſabinum
Non ceſſat laudare. videt. ridetq; philippus
Et ſibi dum requiem: dum riſus vndiq; querit
Dum ſeptem donat ſeſtertia: mutua ſeptem
Promittat perſuadet: vti mercetur agellum
Mercatur: ne te longis ambagibus vltra
Quam ſatis eſt: morer ex nitido fit ruſticus: atq;
Sulcos: ⁊ vineta crepat mera preparat vlmos
Immoritur ſtudijs: ⁊ amore ſeneſcit habendi
Verum vbi oues furto: morbo periere capelle
Spem mentita ſeges: bos eſt enectus arando
Offenſus damnis: media de nocte caballum
Arripit iratuſq; philippi tendit ad ędes
Quem ſimul aſpexit ſcabrum intonſumq; philippus
Durus ait vultei nimis attentuſq; videris
Eſſe mihi pol me miſerum patrone vocares
Si velles inquit verum mihi dicere nomen
Quod te per genium dextramq; deoſq; penates
Obſecro: ⁊ obteſtor vitę me redde priori.
Qui ſimul aſpexit quantum dimiſſa petitis
Pręſtent: mature redeat repetatq; relicta
Metiri ſe quemq; ſuo modulo ac pede verum eſt

¶ Argumentum epiſtole. viij.

d Eſcribit ſe non recte valere. non quia aut corpore egrotet, aut calamitatem in bonis fortune paſſus